Dissertatio inauguralis medica : sistens observationes ad vires Theae pertinentes / submittit Joannes Coakley Lettsom.

#### Contributors

Lettsom, John Coakley, 1744-1815.

#### **Publication/Creation**

Lugduni Batavorum : Apud T. Haak, 1769.

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/haeu7edy


#### License and attribution


This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org





### DISSERTATIO INAUGURALIS M E D I C A, SISTENS

# OBSERVATIONES AD VIRES THEAE PERTINENTES.

QUAM

ANNUENTE SUMMO NUMINE Ex Auctoritate MAGNIFICI RECTORIS,

BAVII VOORDA, J. U. D. JURIS CIVILIS ET HODIERNI PROFESSORIS ORDINARII,

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu, & Nobilissima FACULTATIS MEDICA Decreto,

PRO. GRADU DOCTORATUS Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis,

ritè ac legitimè confequendis, Eruditorum Examini fubmittit

## JOANNES COAKLEY LETTSOM,

TORTOLA-AMERICANUS. Ad diem XX. Junii MDCCLXIX. H. L. Q. S.

> Hoc fonte derivata clades In patriam populumque fluxit.

> > HORAT.

Presented, by the Author, to the Medical Society of 20

to in 172

LUGDUNI BATAVORUM, Apud THEODORUM HAAK, 1769. Rerum natura, sacra sua non simul tradit. Initiatos nos credimus : In vestibulo ejus bæremus. Illa arcana non promiscue nec omnibus patent : reducta & in interiore sacrario clausa sunt Ex quibus aliud bæc ætas, aliud quæ post nos subibit, adspiciet.

### SENECA.

# JOANNI FOTHERGILL, M. D. S. R. S. ETC.

CUJUS PRÆSTANTIÆ FAMA JAM DUDUM TAM LATE PATUIT

UT NEC MEO PRÆCONIO INDIGEAT. NEC ILLI RITE CELEBRANDÆ PAR SIM. IN DIRIGUNDIS ARTIS SALUTARIS STUDIIS MONITORI LIBERO AC VERE AMICO. CUJUSTOT TANTAQUE ERGA ME BENEFICIA NULLA DIES MEMORI EX ANIMO DELEBIT.

NEC NON E JUSDEM FRATRI SAMUELI FOTHERGILL, CIVI WARRINGTONIENSI INTEGERRIMO. VIRO OBSERVANTIA CULTUS DIVINI GRAVISSIMO. IMITATIONE DIGNISSIMO. SURGENTIS JUVENTUTIS AMICO. VIRTUTIS NASCENTIS STRENUO AMPLIFICATORI. IN QUO INDE A PRIMIS ANNIS LÆTUS FRUOR TUTORE PIETATE ET VIGILANTIA PLUS QUAM PATERNA INSIGNI. CUJUS FAVORIS PROPE SINGULARIS MEMORIA. NE


NE ULLO UNQUAN DIE INTERMORIATUR CAUTUM IRI POLLICETUR AMOR ILLE MEUS. QUO EUM AMICORUM ANTIQUISSIMUM PROSEQUI NULLO TEMPORE NISI QUUM VIVERE DESINAM.

#### DENIQUE

# ABRAHAMO SUTCLIFF, CIVI EGREGIO OPPIDI SETTLE DICTI IN COMITATU EBORACENSI SITI CHIRURGO INSIGNI. OMNIS MEDICINÆ IMPRIMIS PERITO EJUSDEMQUE ARTIS ELEMENTORUM PRÆCEPTORI FIDELI.

Has, in re medica, primitias. D. D. JOANNES COAKLEY LETTSOM,

DIS-



## DISSERTATIO INAUGURALIS M E D I C A,

#### SISTENS

# OBSERVATIONES AD VIRES THEAE PERTINENTES.

\*

### 6. I.

uum ante aliquot menfes confilium Dotoratus gradum ambiendi ceperim, ut fapientissi Academiae legibus fatisfieret, de argumento quoque disfertationis confcribendæ cogitavi. Fuit tunc temporis animus causas Somni atque Vigiliarum, tam quod ad Theoriam, quam quod ad Praxin A 3 at-

attinet, paulo plenius disputandi. Manum ergo admovi, fed dum opus fervebat, argumenti dignitas, & rerum pertractandarum multitudo effecerunt, ut in volumen fere immenfum, faltem disputationis limites longe excedens, tractatus excrefceret. Et hæc ratio fuit, cur thema hoc in præfens tempus milfum fecerim.

In paginis autem exaratis nonnullos Theæ effectus nocivos, tanquam partem hujus argumenti confideraveram, quam in præfentia, a reliquis fejunctam, exhibere lubet.

L. B. ut juveniles hos conatus, immaturosque laborum fructus, quos manu titubante profero, æqui bonique confulat, & fi quid minus expolitum, aut veritati minus congruens, inveniat, illud ingenio juvenis timido, rerumque ufu nondum fubacto, tribuat, rogo, obfecro.

## §. I I.

Ego vero co lubentius hujus argumenti disquifitionem fuscipio, quoniam consuetudo Theam bibendi inter multos populos fere universalis evafit, adeoque articulum non infimum in doctrina de rebus diaeteticis constituit: Nullus igitur dubito, quin faluti publicae intersit, hujus plantæ, ex orientalibus regionibus ad nos adlatæ, qualitates, viresque, detegere, cognitasque ad oecononomiæ animalis statum referre, atque sic indagare, ac distinguere, sub quibusnam conditionibus & circumstantiis fanitatis constitutioni conveniat, aut noceat. Salus enim publica, quæ cuilibet civi probo curæ cordique est, & quæ non parum a potu adeo universali pendet, in spem certam erigunt, fore, ut disquisitio hæc sua utilitate non careat.

### Ģ. III.

Quamvis infuíum Theæ inter plures nationes pro potu maxime vulgari adhibeatur, hucusque tamen, ut mihi quidem videtur, ad eum non fatis animum adverterunt medici, neque ejus vires atque effectus fatis indagarunt, ut res tanti momenti jure meretur. Quum præterea experimentorum nonnulla hanc herbam in contactu cum fibra animali mortua vim adstringentem (Conf. §. IV. Exp. I. & II.); dum e contrario alia tentamina, fumma cum circumspectione inftituta, abunde probaverint, eam in fibras vivas vim relaxantem exferere (a), hoc multis litibus

at-

(a) Impetrare a me non possum, quin hic palam profitear, amicum meum præstantissimum Dr. PERCIVAL magnas mereri laudes ob adcuratam hujus rei discussionem in utilissimo tractatu, qui inscribitur, Essays Medical and Experimental, London 1767.

Pra-

2

atque controversiis occasionem dedit, ex quibus veritas parum lucrata est.

Quæ quidem omnia & fimilia me impulerunt, ut animum paulo ferius adplicarem ad experimenta nonnulla, cum hac planta inftituenda, eo præfertim fcopo, ut quædam principia per experientiam eruerem, quibus aliquid certi fuperftruere liceret.

## EXPERIMENTUM I.

Sumpli infufionis Theæ viridis, & Boheæ, liquoris post distillationem superstitis (§. V.a.), nec non aquæ simplicis cujuslibet æqualem quantitatem, & in quemlibet liquorem, in vase suo contentum, immisi drachmas duas carnis bovis, ante duos dies mactati.

Caro bovina, immersa in aquam simplicem, post quadraginta octo horas corrupta, putridaque

Præterea lubentifime arripio occafionem Viro Celeberrimo, egregie docto, Dr. FOTHERGILL, pro monitis utilifimis, ad argumentum meum facientibus, me devinctiffimum pia mente declarandi; fuasque etiam conjecturas magni mihi femper momenti fuiffe, testificandi.

MEDICA.

que devenerat; dum portiones carnis in reliquas tres Theæ infusiones immisse post. feptuaginta demum horas putredinis indicia monstrabant.

## EXPERIMENTUM II.

Viridis atque Boheæ Theæ, faturatis infusionibus addidi æquales portiones falis martis, & protinus utrumque infusum calorem æqualem profunde nigrum adquirebat.

Ex enarratis experimentis tuto concludere licet, Theam & viridem & Boheam manifesta virtute antiseptica (Exper. I.), ac adstringente (Exper. II.) in fibris mortuis, & vi vitali carentibus (6. III.), gaudere ; verumtamen propria, & etiam aliorum, experientia edoctus, certus fcio, eam, in ventriculum ingestam, præfertim in fubjectis tenerioris & delicatioris compagis folidæ, infignem potestatem relaxantem exferere.

## §. V.

1º. Potum hunc usitatum forma aquæ calidæ, aut fervidæ, sumendi mos invaluit, & inde nonnulli deducere voluerunt effectum, atque vim debilitantem potius huic vehiculo, quam herbæ ipfi tribuendam effe. Verum enimvero omnia B ex-

experimenta, curiofius capta, in eo confentiunt, quod Thea viridis, & præcipue illa, quæ fubtiliffimum, atque maxime penetrabilem, fpargit odorem, multo majori gradu virtutem relaxantem, quam Thea Bohea dicta, præftet. Id quod animum mihi addidit investigationes inceptas ulterius atque plenius prosequendi.

2°. Hoc fine libram dimidiam herbæ Theæ viridis optimæ notæ, & admodum fragrantis, cum aqua fimplici diftillavi, atque aquæ infigniter odoratæ, pellucidæ, unciam unam, quæ nullum oleum in fuperficiem excutiebat, neque ulla virtutis adftrictivæ exhibuit indicia, elicui.

3°. Eam partem liquoris, quæ finito ftillicidio in vafe diftillatorio remanfit, ad extracti confiftentiam evaporavi, quod levem odorem, attamen faporem valde amarum adstringentemque habebat. Extracti adquisiti copia uncias quinque totidemque drachmas æquabat.

## EXPERIMENTUM III.

<sup>a</sup>. In abdominis cavitatem, atque membranam cellulofam, ranæ injeci circiter tres drachmas aquæ ftillatitiæ odoratæ (N°. 2.). Poft viginti minuta alterum ranæ crus, feu pes pofterior, multum adficiebatur, dum parum mobilitatis, aut fenfibilitatis, monftra-

strabat, quæ adfectio per quatuor horas perseverabat, & rana in statu torpido infenfili universali ultra novem horas manebat, donec gradatim ad pristinum vigorem rediret. 5. Simili ratione liquorem a deftillatione Thea viridis (Nº. 2.) fuperstitem, atque ulteriori evaporatione magis concentratum injeci, fed inde nullum effectum fenfibilem inductum vidi.

Testes experimentorum cito duumviros graves, in Academia Edinburgensi medicinæ studiofos egregios, commilitones fuavisimos, D. Walker, & D. Garioch, quos laborum focios habuiffe vehementer gaudeo.

## EXPERIMENTUM IV.

- <sup>a</sup>. Nervis Ischiaticis ranæ denudatis, atque cavitati abdominis, aquam stillatitiam fragrantem (Nº. 2. & Exp. III.) adplicui, intra dimidiam horam extremitates posteriores penitus paralyticæ infenfilesque deveniebant, & post horæ circiter spatium rana vivere desiit.
- <sup>b</sup>. Liquorem a distillatione refiduum (N°. 2. & Experim. III. b.) eadem ratione (a) alii ranæ admovi, fed nullos inde natos obfervare potui effectus sedantes, immo virtu-B 2 tem

tem magis stimulantem, quam sedativam, præstare videbatur.

<sup>c</sup>. Extractum (N<sup>o.</sup> 3.) in aqua folutum, & fub iisdem conditionibus, iisdem partibus admotum, nullum effectum fenfibilem produxit.

4°. Experimenta hæc enumerata nullis commentariis egent. Extra omnem dubitationis aleam ponere videntur, quod effectus Theæ fedativus & relaxans a principio odorato, volatili, aromatico, potius, quam ab aqua calida dependeat (n°. 1.). Non pauca utriusque fexus fubjecta mihi innotuerunt, quæ maxima moleftia & anxietate torquebantur, quotiescumque unum tantum poculum infuli Theæ potaverant, quæ tamen, confortio gratificandi ergo, aquam calidam loco, & more, infufionis Theæ, fine ullo effectu incommodante hauferunt.

## §. V I.

1°. Fuerunt quidem, iique non pauci, qui hos effectus debilitantes, enervantes, nonnullis circumftantiis adventitiis, additamentisque tribuêre, quæ accederent, quum Thea, quæ magnam partem commercii conftituit, varia ratione præpararetur, antequam ad nos transmitteretur: fed nulla ha-

habemus documenta ex quibus hoc adfertum clare probari poffit. Thea viridis, quæ vires maxime perniciofas exferit ( §. v. nº. 1. & 4.), quantum Europæi in regiones orientales itinera marina instituentes, cognoscere potuerunt, summa cum cautione, ac exquisito elegantique artificio, colligitur, & dein calore lenissimo exficcatur, ne odor ejus delicatior, volatilior destruatur, sed quousque fieri potest confervetur: atque hac quidem ratione & cautione tractata herba nostra constitutioni oeconomiæ animalis sanæ magis nociva redditur. Præterea hanc rem ulterius confirmant narrationes ad nos allatæ, quod Chinenses duodecimo mense, ex quo herba decerpta, atque collecta, fuit, fumma cum cautela eam fumere evitent, quia potestatem narcoticam, & sensum exercitium nimis turbantem, majori gradu poffidere videtur.

2°. Ex opinione, fola imaginatione conficta, quod herba Theæ in Indiis, bracteis cupreis impolita, exliccaretur, nonnullis visum est, vim ejus nocentem a cupro proficifci; Attamen fi herba nostra revera super laminis cupreis torresit, hæc erit Thea, quæ Bohea adpellatur, & de qua fupra (6. V.) obfervavi, quod viribus deleteriis multo minori gradu prædita fit. Ne dicam, quod minima quoque quantitas cupri, fi labe cuprea inquinata foret hæc herba, per ex-B 3

pe-

13

perimenta chemica necessario innotescere deberet (a).

## §. VII.

Nascitur hic quastio, quam paucis proponere, & pro modulo virium derimere, ab instituto meo non alienum duco. An usus potus Theæ, maxime universalis, causa est, cur corporis constitutio in Europæis tantam conversionem, & quasi permutionem, passa sit? Rem se ita habere nobis faltem verifimile videtur. Si praxin, & methodum medendi, maximorum medicorum antequam hoc vegetabile ex Indiis orientalibus in Europam nostram adlatum fuit, cogitatione lustramus, invenimus in venæ pertufionibus fanguinem ad quadraginta uncias, & quidem cum optimo rerum ægrotantis fuccessu, in morbis inflammatoriis, eductum fuisse : sed si hanc praxin cum hodierna comparamus. quantane hic datur differentia! Eo tempore, quo mihi contigit esfe tam felici, medicinam ad lectos ægrotantium in No/ocomio S. Thomæ apud Londinenses addiscere, multoties observavi, quod in tali casu ne viginti quidem fanguinis unciae, absque infigni lassitudine Sz.

(a) NEUMANN'S Chem. by Lewis, p. 62.

& debilitate inde oriundis, evacuari potuerint, & quod in nostro, quo vivimus seculo, inter omnia morborum genera rarius utique morbi inflammatorii occurrant.

## S. VIII.

Quæ quidem morborum inflammatoriorum permutatio, atque imminutio, quacumque etiam ratione facta sit, licet ab insultibus multorum diriffimorum fymptomatum liberet, nihilominus perniciolos effectus, atque molestiora fymptomata induxit, quæ priora, five numerum, five vehementiam spectes, longe superant. Integra enim caterva morborum, immo lerna malorum, quæ majoribus nostris utique ignota erant, fuccessit. Corpora nostra, quæ nequaquam illo robore, quod in patribus nostris admiramur, gaudent, enervata, ad plures morbos subjecta observantur, & morbi ex laxitate & debilitate oriundi endemici devenerunt. Hinc illa frequentia morborum Hystericorum in utroque fexu, Hypochondriacorum, Paralylis, Cachexiæ, Hydropis &c.

## §. I X.

Ex his, quæ hactenus disputavi (§. VII. VIII.), folis, nollem tamen concludere, quod Thea unica fit omnium horum malorum caufa; luxus enim om-

omnis generis, qui ubique fere terrarum dominatur, in culinas ac cellas convexit gulæ irritamenta, malis innumeris famofa, quæ omnia fuam fymbolam ad morbos, fub quibus ingemifcimus, conferunt: præprimis vero hujus loci est abusus infignis potus spirituosi fimplicis, aut diversimodo compositi;

> Damnofa quid non imminuit dies? Ætas parentum pejor avis, tulit Nos nequiores, mox daturos Progeniem vitiofiorem.

Sed qui fit, ut hi errores tam frequenter committantur ? Refponfionem in promptu habeo. Oeconomia totius corporis animalis ex vernaculo, quotidiano, & immodico, potu infufi herbæ Theæ, enervis ac infirma reddita, propriæ debilitatis fenfu taĉta, trementem manum impellit ad quærendum levamen temporarium in potu cardiaco, fystema nerveum refocillante, incitante. Inde quasi ex necessitate intemperantia in confuetudinem abiit, & eheu! Bacchus nostris faltem temporis sub indussis & vestimentis muliebribus quoque non raro latet!

## §. X.

Probe quidem scio, non defuisse, qui ut ratio-

# MEDICA. 17

tionem invenirent, qua effectus hos nocivos, fi non negare, faltem infirmare, & fic genio in potu Thez liberius indulgere poffent, adfirmarunt, non hujus plantæ viribus, fed potius faccharo, quod cum illa fimul adfumitur, adfcribendos effe : Quam ob caufam a faccharo abftinuerunt, fed hoc ipfo usum potus Theæ multo magis perniciofum reddiderunt. Durante eo tempore, quo in Indiis Occidentalibus medicinam feci, effectus falubres ex potu largiori fucci arundinis facchariferæ oriundos, frequentius obfervandi occafionem habui ampliffimam. Multoties non fine dulciflimo gaudio progeniem Æthiopicam, multivariis & diuturnioribus morbis emaciatam, sub uberiori hujus succi usu, ex tot tantisque miseriis emersam, ad statum fanitatis vegetum, robustioremque restitutam, lætus observavi.

### §. X I.

In præsentia mihi animus non est, omnes & fingulas noxas, quæ ex diuturniori & constanti potione infusi Theæ provenire possent, investigandi, licet amor ille meus erga cives meos me ad hujus rei confiderationem impelleret. Ex calculo moderato fubducto apparuit, in Britannia tres centenas myriades librarum herbæ Theæ quotannis absumi, & experientia domestica docet, quod cum fingulis libris Theæ ad minimum de-

cem

cem librae butyri confumantur, hinc butyri confumptio cum hoc nocivo alimento, fi omnino Thea alimentum vocari meretur, ad ftupendam quantitatem, nempe triginta milliones librarum adfcendit. Præterea quoque notandum, quod ad obtinendam unam libram butyri ad minimum quinque congii (a) lactis requirantur. His pofitis ulterius concludere licet.

1°. Unus congius lactis cum panis frustulo tribus majoribus nostris, hominibus frugi, pro jentaculo atque cœna suffecisset. Quodsi ergo ponamus, quod hæ epulæ dimidiam partem victus quotidiani constituant, patet, quod ob pessimam infusium Theæ calidum bibendi consuetudinem, quæ saltem in Anglia invaluit, hoc regnum non possit suppeditare victum tot hominibus, quod posset, si incolæ alia ratione viverent, licet numerum incolarum unam millionem compleret. O stupendum numerum ! Et rem mirandam ! Quæ tamen nil a veritate alienum, fed factum verum ponit.

2°. Ex hoc autem fonte non poffunt non plures aliae noxæ profluere. Infima plebs, & pauperes, pravo exemplo inducti, imitando luxum divitum & nobilium effingere atque exprimere co-

(a) Conf. HALLERI Elem. Phys. T. 7. P. II. p. 33, 34.

conantur, omnemque opportunitatem illud efficiendi captant: Modicam igitur laborum mercedem in coëmenda hac herba exotica profundunt, atque hac ratione fibi ipfis opes turpiter eripiunt, quas ad alimenta falubria fibi procuranda melius impendere poffent. Inde fit, ut opifices noftri in luxu vix cedant opulentis, & eorum conftitutio domestica quotidie in pejus ruat.

3°. Fateor equidem, rem ab inftituto meo fejunctam atque alienam elle mentionem faciendi ftatus regni nostri politici, cujus multum interest hanc diætam propter commercia, quorum non parvam partem hæc herba constituit, vigere; attamen, tanquam civis totius mundi, tanquam tutor fanitatis sociorum vitæ, mihi conjunctissi morum, qua pretiosius, cariusque nil datur, non possum non leve detrimentum fanitati adferre, præsertim, si cum aqua calida infusa pro potu quotidiano adhibeatur.

4º. In præfentia quoque propofitum meum non eft plenius investigandi, enumerandi, persequendique effectus nocivos, quos aqua calida inducit, omnes enim consentiunt eam tanta copia, qua cum herba Theæ, ut vehiculum ingeritur, vires infignes diluentes in corporis humani partes fluidas, & relaxantes, in solidas, edere.

C 2

6. XII.

19

## §. XII.

Utut etiam graves fint rationes, quæ frequentem potus Theæ ufum diffuadent, negandum tamen non eft, hoc vegetabile exoticum, tanquam remedium fat efficax, & congruum, ad magni momenti fines confequendos adhiberi poffe.

1. Præprimis vero ob qualitatem fuam fedativam (Exper. III.), atque ob laxitatem, debilitatem, quas fubito inducit, in febribus inflammatoriis, ac ardentibus, fumma cum utilitate propinari poterit, & maxime quidem, quum cutis arida, ficca devenerit, ægritudo & moleftiæ fenfus totum corpus fatigent, inquietudo excruciet, pulfus durus & plenus fit, aliaque fymptomata febrilia fe prodant.

2°. Potestate relaxandi atque diluendi, quæ aquæ tepidæ magno gradu inest, herba Theæ adjuta, sitim & calorem, quæ symptomata, morbis inflammatoriis semper juncta inveniuntur, levat, mitigat, sedat, immo molestas has sensationes, quæ stimuli munere sunguntur, turbas minantur majores, delet, & ex hac ratione tantum abest, ut vigilias nimias inducat, ut tanquam mitissimum, & maxime salubre, opiatum agens, somnum suavem, curarum quietem, blande invitet, alliciatque.

3°. Sæpenumero homines ex itineribus longio-

21

gioribus mirum in modum defatigatos, fenfu moleftiæ ingrato per univerfum corpus, fiti, æ. ftu, & constrictione in superficie corporis, vexatos, bibendo unum, vel alterum, infusi Theæ tepidi poculum, protinus refectos, & ab omnibus moleftiis liberatos, vidi.

4°. Quodli accidiffet, ut quis cibi paulo largiori copia fe ingurgitaffet, & hæc ventriculi jufto major repletio, ut ftimulus agens, oppreffionem ventriculi, & dolorem capitis, cum pulfu magno induxiffet, gratum atque congruum remedium diluens, infufio Theæ fuppeditat. In univerfum enim notandum eft, potum Theæ effectos noxios ex digestione languente, & perverfa natos, plerumque illico & felicisfime tollere.

Ex omnibus, quæ hactenus differuimus, junctim fumptis, unicuique clarum effe arbitror, Theæ potionem in multis morbis haud mediocri cum emolumento adfumi. Omnes autem utilitates, quas in ftatu morbofo praeftare poteft, fpeciatim enarrare, minime neceffe duco. Utrum enim ejusmodi potus in morbo quodam fingulari conveniat, an vero noceat, ex iis, quæ jam expofuimus, ex cognita ægrotantis conftitutione priva, atque ex morbi penitus perspecta indole, naturaque, definitu erit facillimum.

C3

6. XIII.

## 9. XIII.

Attamen negare nollem non raro dari circumftantias in modo Theam ægris exhibendi, quæ confideratione dignæ funt, & quæ, ut ego quidem, tentaminibus quibusdam inductus, opinor, multum conferre poterunt, ad ufum ejus medicum augendum, perficiendum. Fac enim, ut indicatio poftularet Theam tanquam remedium fedativum, diluens, atque relaxans, propinare (§. XII. 1. 2. 3. 4.), ad effectum feliciorem obtinendum multum conducet, ut infufio fit moderate calida; ut ex larga Theæ admodum fragrantis quantitate parata; atque non diu digefta, fed cito effufa fit, quo pars Theæ fragrans, aromatica potiffimum, corpori infinuatur; & tandem ut faccharum & lac hic exfulent.

## §. XIV.

In conftitutionibus enervatis, debilioribus, ac fenfilioribus manifesto liquet (§. V. N°. 4. §. VII. VIII.), hanc fragrantem aromaticam infustionem (§. XIII.) nullo non tempore multum detrimenti adlaturam fore. Plures hujusmodi constitutiones in utroque sexu mihi innotuerunt, quæ magnis curarum fluctibus vexabantur, fimul ut potui Theæ indulgere monitæ desinerent. Maxime folicitæ erant de inveniendo succedaneo

potu, quem cum jentaculo adfumere poffent. Quæfivi igitur ex illis, quid majores nostri adfumpferint? An non omnes res creatæ paterent, ex quibus eligere possent? An frustra bis venit ad mulciram ? 1º. Si vero habitus infusum Theæ bibendi, in ejusmodi hominibus, in quibus femel altiores radices egit, eousque invaluit, ut omnino deleri nequeat, ad minimum necesse erit, ut hoc potu majori cum circumspectione utantur. His ego auctor & fuafor exstiti, Theæ potionem non, ut mos fert, infundendo, fed herbam hanc per aliquot temporis spatium coquendo, parare, eo præsertim fine, ut principium odoriferum, fragrans ( 6. IV. Nº. 2. ), diffipetur; atque adstringens, amarum ( 6. V. Nº. 3. ), melius extrahatur. Deinde monui, ut hoc infusum nec nimis calidum, nec valde faturatum, potarent, aliquid tamen facchari. & potifimum largam lactis portionem adderent.


2°. Pro hoc fine obtinendo (N°. 1.), in locum foliorum Theæ ficcatorum majori cum fructu fubstituitur extractum ex decocto paratum (§. V. N°. 3.). Multoties hanc rem cum hoc extracto tentavi, &, folvendo illud in aqua calida, remedium amarum, stomachicum, gratum, paravi. Et quin plures adfectus nervosi, qui ex more Theam bibendi nostris temporibus sueto oriuntur, optime hac methodo præverti possint, nullus dubito. Probe quidem scio, extractum so-

foliorum Theæ ex China in Europam nunc allatum effe; fed etiam fine multis fumptibus (§. V. N°. 3.) facillimo negotio, confici poffet. Decem grana hujus extracti faltem uni perfonæ fufficientem potum, cum jentaculo bibendum, fubminiftrarent. Et fi etiam ad hoc extractum parandum majores fumptus requirerentur, quam quæfo fugit fanitatem nulli pretio æquiparandam effe?

6. X V.

En itaque L. B. quæ de Thea dicenda habui. Propofitum meum erat quasdam qualitates, viresque peculiares & privas, quae his foliis infunt, in quantum obfervatione, & experimentis, illud præstare licuit, designandi. Quousque vero finem mihi præstixum consecutus suerim, judicent alii, quorum candori, judicio, & veritatis amori has qualescumque paginas lubens submitto, verbisque Senecæ concludo. Multum egerunt qui ante nos fuerunt, sed non peregerunt : multum adbuc restat operæ, multumque restabit; neque ulli nato post mille sæcula præcidetur occasio aliquid adbuc adjiciendi.

## FINIS.



# APPENDIX.

CHARACTERES BOTANICOS FRUTICIS THEAE COMPLECTENS.

# CLASSIS XIII. ORDO III. POLYANDRIA TRIGYNIA.

C K titum, minimum, planum, fegmentis \*\*\*\*\* rotundis, obtusis, persistentibus. (Tab. No. 1. a.)

COROLLA. PETALA novem, (a) fubrotunda, concava : tria exteriora, minora, inæqualia, Florem nondum expansium circumdan-

(a) Petalorum variat numerus; modo quatuor, modo fex, fape novem, uno in flore inveniantur petala.

tia,

# 26 APPENDIX.

tia, fex interiora, magna *æqualia*, antequam decidunt, recurvata. (Tab. No. 1. b.)

STAMINA. FILAMENTA numerofa, (ducenta circiter) (a) (Tab. No. 1. c.) Filiformia, corolla breviora. ANTHERÆ cordatæ, biloculares. (Tab. No. 2. d. Lente auctæ.)

PISTILLUM. GERMEN globofo-trigonum. STYLI tres, ad bafin coaliti, fubulati, recurvati, longitudine flaminum, inter Stamina conferta coarctati et velut in unum confolidati, (Tab. No. 1. e) Petalis autem ftaminibulque delapfis, a fe mutuo recedentes, divaricantes, et longitudine aucta, marcefcentes. (Tab. No. 1. ee.)

PERICARPIUM. CAPSULA ex tribus globis coalita, trilocularis, apice trifarium debifcens. (Tab. No. 1. ff.)

SEMINA. Solitaria, globofa, introrfum angulata. (Tab. No. 1. f. g.)

TRUNCUS. Ramofus, lignofus, teres : ramis alternis, vagis, rigidiusculis, cinerascen-

(a) In uno flore filamenta 280 numeravi.

tibus,

## APPENDIX. 27

tibus, prope apicem rufescentibus. Florum Pedunculi axillares, alterni, folitarii, curvati, uniflori, incrassati, stipulati : Stipula folitaria, fubulata, erecta.

FOLIA. Alterna, elliptica, obtufe ferrata, marginibus inter dentes recurvatis ; apice emarginata, bafi integerrima, glabra, nitida, bullata, fubtus venofa, confiftentia, petiolata : Petiolis breviffimis, fubtus teretibus, gibbis, fupra plano-canaliculatis.

Nomina trivialia Thea Bohea et Viridis. Habitat in Japonia, China. Sp. Pl.

In eadem tabula, figura altera No. 2. Fruticem Theæ eleganter reprefentat, qui jamjam in Horto Regali apud Kew crefcitque viget.

FINIS.

APPENDIX. tibus, prope apleem rollientibus. Florum Pedarcali addieres, elteini, foliathi, survall, millon, increttari, fiquinti : Stippla foliatia, and a state PEDIAA. Alteria, elly has litele forentrice, and integrations, solutes, solute, bullete, fulcture vancea, conductation getickets : Forfolis brevillionie, foblies antone, fibbies all plant and and wight Mandha tilviella Then Folica et Vicilia. 11.13 inpinie, Chines. Ep. 11. In calem tabuis, Cours alters Wo. 2. Fra. eicem Them olegament representat, qui famiam in Harto Reguli agud Row crefsingus viget. INIT